

Coloss. 2.

Deus uiuificauit nos per Christum, condonans nobis omnia peccata, & deleuit Chirographum, quod contra nos erat, & per decreta promulgatum erat, quod nobis erat contrarium, Et illud sustulit e medio, & affixit cruci, & expoliauit principatus, & potestates, & traduxit eos palam, & triumphum ex illis fecit per semetipsum.

Matth. 9.

Qui sani sunt, non indigent Medico, sed qui male habent. Veni uocare peccatores ad poenitentiam, & non iustos, &c.

Ideo Deus inquit per Prophetam Ezech. 18. Vno ego, nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur, & uiuat.

Matth. 11.

Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam uos. Tollite iugum meum super uos, & discite a me, quoniam am mitis sum, & humilis corde, ac inuenietis requiem animabus uestris. Iugum enim meum suauis est, & onus meum leue est.

Ad Christum uenimus per fidem, si credimus,

mus,